

Georg Radow

**Rector Universitatis Rostochiensis Georgius Radovius Antecessor ... Ad  
exequalia iusta, Quae Luctuoso funeri ... Sophiae Schröders/ Afflictissimus  
Viduus, indolescentesque Liberi Hodie solvenda expetunt, Cives Academicos ...  
invitat : [P. P. Sub Sigillo Rectoratus d. X. Nov. CI IC LXXXV.]**

Rostochii: Wepplingius, [1685]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777425424>

Druck    Freier  Zugang



R a d o v , G . ,

i n

S . S c h r ö d e r ,

u x o r . J . M . P o l z i u s .

R o s t . ( 1 6 8 5 . )

59







133.

RECTOR  
UNIVERSITATIS ROSTOCHIENSIS  
**GEORGIUS**  
**RADOVIUS**



Anteceptor, Facultatis Jurid. Senior,  
**Ad exequalia justa,**

*Qua*  
Luctuolo funeri

*Famularum Nobilissima Ornatussimaque*

**SOPHIAE**

**Echröders/**

Afflictissimus Vidiuus, indolescentesque  
Liberi

Hodie solvenda expetunt,

**CIVES ACADEMICOS** Omnim Ordinum  
honoratissimos comiter invitat.

ROSTOCHII,

Typis JOH. WEPPINGII, Acad. Typogr:

## Nter cetera gladiatorum,

genera in Circo, amphitheatris & porticibus veteris Romæ insolenter commissorum, utpote Secutorum, Retiariorum, Threcum, Myrmillenum, Hoplomachorum, Samnitium, Essediariorum, Andabatarum, dimacharorum dabantur quidam Laquearii dicti, quos non tam nostris quam Isidori verbis describere lumbis est.

Laqueariorum, inquit ille Orig. I. XVIII. c. 56., pugnabant, fugientes in ludo homines injecto laqueo impeditos consecutusque prosternere, amictos umbone pelliceo. Non inconcinne idem Laquearii nomen communis omnium insidiatori morti tribui posse, vel hinc oppido liquet, quod plus simplici vice laqueorum mortis oxyssime non raro mortalibus injectorum divinus codex meminerit. Sapientissimus vanissimæ vanitatis contemplator de apocryphâ mortis hörâ & pancratico ejusdem imperio c. 9. 12. elegantissimè omnium differens disertè commemorat, neminem, qui in hoc vanitatis theatro circumcursiter, reluctari invadenti morti, multò minus collectis viribus resistere, eludere vel elidere posse valentissimos nexus & firmissimos laqueos, quibus pariter, prout aucupis tendiculis aves illigantur, universi terrigenæ impediantur, implicentur, constringanturque. Enimvero pedicas ponere ferales, & lugubres omnibus tendere laqueos oecumenicam hanc motendi necessitatem quis temere ambigat? cum tot cotidie oculis obversentur nostris, quos improviso tristificoque impetu ex insidiis adortum commune fatum luctuosis innexuit laqueis, ut rigidis involutos detentosque nexibus ad polyandrium ordo exequialis deportet. Nec fugientes vel temere fragilitatis oblitos his eximi irruptionibus caducæ conditionis pleno ore tristis experientia eloquitur. Mediæ s̄epe in vita an, vita licet, fragilima huma-

humanæ fortis sita ab inopinatè irruentibus vehementioris  
fati laqveis disrumpuntur. Implicatus est & inextricabilis hic  
ultimæ necessitatis gryphus, captio laqve existit mortis ar-  
gumentatio , qvâ intactis persæpe præmissis ultima se inge-  
rit conclusionis catastrophe, lugubrisqve adeò sphinx est,  
cujus ineluctabilibus tortuosqve insidiis nec Oedipus nec  
Davus ullatenus se expedire elabiqve valeat. Ceterum,  
uti in expugnatione Jerichuntis alligatio funiculi dibaphi  
Rachabæam familiam à panoletriâ immunem præstabat:  
non absimili ratione, injectis abs morte labili terrigena-  
rum compagi funereis luctuosæ imbecillitatis vinculis, mens  
Christianæ salva ad cœlestè emigrat asylum, coccineis invo-  
luta fasciis cruentî sospitatoris meriti, qvibus illibata fide  
ascitis ab omnimodo, qvod exitum ceteroqvi premere so-  
let, exitio, liberatur & lætabunda triumfat. Inexplicabi-  
libus hisce ultimæ fortis inopinæqve mortis laqveis impli-  
cita detentaqve fuit, qvæ hūic scriptioñi caussam suppedi-  
tat Clarissima Ornatisimaqve femina . Neqve ves-  
rò tam firmi tamqve tenaces ultimæ irruptionis extitere  
laqvei, ut præpedirent, qvò minus ad augustius se penetraret  
contubernium, libero æternum post hac cælo gavisura; cu-  
jus natales amplissimos, honesteqve actam vitam, qvâ se-  
rie consignatam accepimus, attexere nunc integrum nobis  
fuerit, Frui cepit honoratiss. femina fragilis vitæ usurâ anno  
partæ per Soterem incolumitatis M D C X L V I I . vigesimo  
quinto adulti mensis Januarii, parentibus prosata Clarissi-  
mis, genitore qvidem Viro admodum Reverendo & illiba-  
ta pietate singulariæ in sacris zelo famigerabili DN. M.  
JOACHIMO SCHRÖDERO Ecclesiasti Joanneo Georgi-  
anoqve per quadraginta annos meritissimo; genitrice autem  
matronâ nobilissima & gravissimâ DOROTHEA Backmei-  
sters. Avum paternum jactat Virum Amplissimum pru-  
dentissimumqve Dn. PETRUM SCHRÖDERUM Serenis-  
simi

simi Ducis Gustrovienfis in præfecturâ Ribnizenfi ministrum  
qvondam fidelissimum, mox Senatorem qvoqve Ribni-  
zensem. Proavo gavisa fuit paterno Viro plurimum Reve-  
rendo & Clarissimo: Dn. ADAMO SCHRÖDERO Pasto-  
re olim Eldenaviensi vigilantissimo: Abavo Viro pariter  
Rev. & Clarissimo Dn. JOACHIMO SCHRÖDERO vel, ex  
hoc præcipuè capite memorabili, qvod primus fidelisqve ce-  
leberrimi Dn. JOACHIMI SLUTERI primi heic qvondam  
assertoris & præconis orthodoxæ Lutheranorum fidei affecia  
& Collèga sacrum munus obierit, & annis quadraginta duo-  
bus Evangelicam Doctrinam, inter imminentia gravissima  
pericula à needum penitus tunc extirpatâ rasâ cohorte, stren-  
uè & masculè professus fuerit. Aviam maternam laudat vir-  
tuosam celebremqve feminam: EVAM ANSEHLS, viri  
prudentissimi Dn. HENRICI ANSEHLS, Senatoris oppidi  
veteris Cracoviæ, feminæqve generosæ ELISABETÆ Welt-  
ziens/[generoso Dn. CHRISTOPHORO Welzien] Heredi-  
tario in Samit & Nammehagen procreatæ insignem filiam.  
Avus maternus ipsi extitit Vir Nobiliss. Ampliss. & Experien-  
tiss. Dn. MATTHÆUS BACMEISTERUS, Phil. & Med. D.  
poliaterq; Lunæburg. Sereniss. item Principis Leoburg. Saxo-  
nici AUGUSTI Archiater celeberrimus: qui ipse patre prosa-  
tus erat viro Maximè Rev. Ampliss. & Excellentiss. Dn. LUCA  
BACMEISTERO Theol. D. & P. P. celebratissimo, nec non  
Pastore Mariano ultra novem lustra heic meritissimo. Avia  
materna ipsi fuit Nobilissima & dotibus sexum addecentibus  
seqviorem maximè conspicua SOPHIA Kellermans/Viri  
Nobiliss. Ampliss. & Consultiss. Dn. JOHANNIS Kellermans  
Consulis qvondam Rostoch. incliti filia. Salutiferis aspersa  
lymphis & diviniori initiata regno sub sedula Parentum curâ  
teneram exegit ætatem, inde adultior, solidæ pietati innutri-  
ta virginisqve assuetacta virtutibus id impensisssimè egit,  
ut Reverendi parentis iteratis monitis obtemperans non ipsa  
pro

proletaria tantum rudimenta cœlestis doctrinæ primis degustaret labris, sed & pleniorē sacri codicis succum imbiberet, tam promtè abhinc callens salubria oraculorum divinorum dicta, ipsosqve ad populum habitos sermones sacros ruminando recitare ac edisserere, lut in stuporem non semel audientes conjiceret. Proiectior ætate, virginæ decursum ævi plurimis sollicitudinibus distringi sensie, dum clinicis fermè semper parentibus inqve caussario corpore morantibus, qvæ potuit, fomenta levamenta qvæ ægritudinum lubentissimè subministravit, invalentem pariter aviam adjumento operaqve omni qvam maximè solicita sublevans, sic ut continuis vigiliis curisqve penè exhausta colore exanguī palluerit. Hinc, cum beatus ipsius parentis jugi cephalalgia imbecilliqve corporis infirmitate ab ulteriori muneris curâ arceretur, adigereturqve, ut alium, qvi vices obiret suas, efflagitaret, factum est, ut à Nobilissimo urbis Senatu in locum vivi adhuc antecessoris rite surrogatus Vir Plurimum Reverendus & Clarissimus Dn. M. JOHANNES MAURITIUS POLZIUS, Ecclesiastes Joanneus Georgianusqve meritissimus, memorabili pietate, probeqve à pientissimis parentibus educata Virginis pronubis virtutibus alliceretur, eamsqve in tori sociam, cum viginti & unius annorum esset, per celeberrimum tunc temporis & undiqvaqve fulgidissimum Dn. Superintendentem D. HENRICUM MILLE-RUM Theol. D. & P. P. Excellentissimum expeteret, inqve manum cum illâ solennissimè die octavo septemb̄ris Anno 1668. conveniret. Qvâ unanimi amoris conspiratione, qvâ fide, qvâ mutua operâ in conjugali coaercent societate novelli tunc amantes, id qvidem omnium optimè arguet firmabitqve nō venarius liberorum numerus in apricū è cadurco maritali productorum. Neqvè tamen his omnibus æqvè diuturnum in his terris obtigitavum: qvandoqvidem filius unus JOHANNES, tresqve filiae, SOPHIA, CATHARINA, & ANNA CHRISTINA

fluentes ætate occubuerunt, matremqve præmature su-  
nere ad cœlestia gaudia translatæ præiverunt, binis adhuc  
filiis, JOHANNE nempe JOACHIMO, & MATTHÆO  
DIETERICO, tribusqve filiabus, utpote DOROTHEA CA-  
THARINA, SOPHIA ELISABETA, EVA MARIA  
superstitibus & amarissimo genitricis funeri lugubriter inge-  
miscentibus, qvibus æterni patris gratiam cœlesteqve subsi-  
dium intimitus apprecamur. Qvam nulli operæ parcerit  
sollicitissima mater, omnemqve jugiter moverit lapidem, ut  
in vera pietate omnigenisqve virtutibus adolescerent su-  
pra recensiti libori, insigni cum exulceratæ mentis dolore ru-  
minatur, gratissimeqve recordatur is, cui uxorio levamento  
nunquam insimul defuit, ærumnosissimus jam viduus. Et  
enim nihil unquam intermisit laudatissima Femina,  
qvicqvid amori conjugali, virtuosoqve, qvo domi præful-  
geret suis, exemplo ullenus velificaturum videbatur; pru-  
dentissimè rata, femineas laudes verumqve mundum mu-  
liebrem, non synthesibus vestium, non segmentatæ cyclade,  
nec calamistratis galericulis, non variegatis tæniolis, redi-  
miculis, aut bracteolis, prætextatisve limbis, aliisqve enor-  
mibus propudosæ vanitatis tricis & plicis; sed solo sanctissi-  
mæ pietatis humilisqve modestiæ encombomate comparari  
posse. Dilectissimis fratribus & sororibus affabilem se perco-  
memqve semper exhibuit, præprimis indulgentissimè ha-  
bens fratrem natu maximum virum admodum Reverendum  
& Amplissimum DN. JOACHIMUM SCHRÖDERUM  
Serenissimo DUCI GUSTROVIENSI à concionibus aulicis,  
qui eò impensis qvoqve sororiam mortem nunc complorat.  
Ad infirmitatem beatæ qvod attinet, continuis fermè  
rheumatismis ista laborans, ac invalente sic satis diu crure  
primi puerperii operositatem miserabiliter luens, ingrave-  
scentibus indies malè affecti corporis symptomatibus divexa-  
ta fuit, præcipue cum peripneumoniâ & asthmatis collecta-  
bunda

bunda, cuius qvidem lenti difficilisqve mali vix spiramenta  
FUNCTÆ concessa fuere, qvin assiduis ingruentis inva-  
lentia tormentibus lacessita plenum amaritie humanae trien-  
tal exhaire satageret. Elapsi noviter Octobris die vige-  
simo octavo, qvi Simoni & Judæ in fastis sacer est, à nuptiis  
suburbanis, qvibus una cum marito vegetior valentiorqve  
interfuerat, redux, circa decimam vespertinam cubitum itura  
gravissimo correpta fuit deliqvio, labente confessim adeo  
qvidem vitali sensu ac vigore, ut semimortua rigensqve to-  
tam noctem exigeret. Et qvamvis solertiſſima experien-  
tissimi DN. Medentis Viri Nobilissimi, Amplissimi atqve Ex-  
cellētissimi DN. SEBASTIANI WIRDIGII, Med. D. & P. P.  
celeberrimi citissimè p̄fētō fuerit opera, [cum urgentissimis  
calculi errantis doloribus ad eam noctu accedere prohibere-  
tur Vir Nobiliſſ. Ampliss. & Excellentiss. DN. JOANNES BAC-  
MEISTERUS, Med. D. ejusdemq; & Math. Sup. P. P. celebra-  
tissimus, Avunculus Beatæ honoratissimus, manè tamen bis  
p̄ſens ſoliciteq; ea adordinans, qvæ pertinacius malum de-  
bellarent], & morbum imminutura, ſi non planè depulſura,  
medicamina ſuppeditaverit, nec qvicq; tamē penetrant-  
tissima ceteroq; alexipharmacæ effecere. Vehementiam in-  
eluctabilis affectus, qvo ceu firmiter adducto la-  
qveo vitales attonitæ ſeminæ ſpiritus prostravit conſtrinxitq;  
tragicum fatum, pleniū ex iphis Excell. D. WIRDIGII verbis  
cognoscere dabitur. Sic igitur ille: *Morbus, seu ſympotma, quo  
Beata SOPHIA Schröders / Rev. Dn. M. POLTZII, conjux  
desideratissima accubuit, Atq; ſi ſuit, qvæ ſummuſ ſyncopes gra-  
duis eſt, pulſus nimirum ſubitō & conſertim ablatus, cum ſertore  
& refrigeratione extremonum, mortis ſubſecutore certiſſimum in-  
dicium.* Evidem primo manè ſequentis diei 29. Octobr. cum  
communitotius exhilaratæ domus jubilo respiravit nonnihil,  
in hæc affectuofe erumpens verba, qvæ hactenq; gravitas mor-  
bi clavo qvafī trabali ſufflaminaverat: *Nun habe ich erfahren!*  
**DAB**

das der Herr tödte und lebendig mache / führe in die Hölle / und  
wieder heraus; adductis insuper pluribus sacris effatis, elevata  
Jam ad cœlestia mentis luculentissimis indicibus: longè gravi-  
oritatem mox lipothymia rursum adobruta, cum decretori-  
am in evitabiliter instare persentis eret horam, induit se in fu-  
neros laqueos moribunda femina, freta semet unicè coccineo  
filo meritorum servatoris tanquam amuleto augustissimo la-  
queorum mortisacerbitatem superaturam esse. Inque his im-  
mota hæsit salutiferis enthymematisbus, usque dum circiter  
duodecimam memorati diei inter querula lamenta & com-  
plorationes amarissimas exanimis ferè mariti rigidorumque  
mœrore liberorū placide spiritum Iesu Christo reddidit, post-  
quam in haec ærumnarum colluvie triginta septem cum dimi-  
dio annos honoriscentissimè confecisset. Quidam scilicet jam securissimè ad pan-  
tocrinum diem, ubi felicius exuet se è laqueis sepulcralibus, emersa è  
conditorio ad augustissimum æternitatis palatium, ad laquearia aurata  
perpetuae svavitatis, ad laqueatas sempiternis delitiis pacis mansiones,  
nullis ultrà mortalitatis laqueis terrenda vel implicanda. Tu vero, luctu-  
osissime vidue, qui in præsentis ærumpa enormi gravitate cum lamentan-  
tibus liberis prostratus gemebundusque in pulvere jaces, cui lacrimæ si-  
mul spiritum & vocem intercluserunt, exurge ad meliorem spem, quod  
infinita bonitas divina orbitatem tuam sublevatura potentissimè siet. Non  
te decebit, qui Christi te profiteris servum, expectare, dum ipse dolor vires  
suae frangat, & ad sustinenda remedia mortis mitigatus tangi te ac tracta-  
ri patiatur; maturiore igitur erectus solamine voluntati divinæ acqvie-  
scere, sic tibi tuisque non morosam se difficilemque præbebit provida æter-  
ni adjutoris cura, sed blandissimo mœtorum levamento te cum tuis se-  
renioris sortis cupidum indulgentissimè donabit. Nos, CIVES hono-  
ratissimi, numero, si ita collibuerit, agmine lamentabile funus Femina-  
rum nobilissimæ ad hypogæum deducemus, cum & hoc ultimum comi-  
tatis officium ad mitigandum leniendumve mœrentis vidui dolorem ali-  
quatenus efficax esse possit, sollicitè inter eundum pensitaturi, hanc ulti-  
mam esse rerum liniam, cui nos, sive serius sive ocyus, parallelas habituri  
simus omnes, ut ante quam moriamur, mori sapiamus ne, dum spi-  
rare desinimus, omnino vivere desinamus. P. P. Sub Sigillo Re-  
ctoratus d. X. Nov. A. S. P. c. 15 loc. lxxxv.

Convenietur in Ede Marianæ horæ 1. pom.









Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn777425424/phys\\_0016](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777425424/phys_0016)

DFG

bunda, cuius qvidem lenti difficultate  
**FUNCTÆ** concessa fuere, qvin affi-  
 lentiz torminibus lacepsita plenum ar-  
 tal exaurire satageret. Elapsi novi-  
 simo octavo, qvi Simoni & Judæ in f-  
 suburbanis, qvibus una cum marito  
 interfuerat, redux, circa decimam vesp-  
 gravissimo correpta fuit deliqvio, lab-  
 qvidem vitali sensu ac vigore, ut semi-  
 tam noctem exigeret. Et qvamvis  
 tissimi DN. Medentis Viri Nobilissimi  
 et excellentissimi DN. SEBASTIANI WIL-  
 celeberrimi citissimè præstò fuerit ope-  
 caleuli errantis doloribus ad eam nocte  
 tur Vir Nobiliss. Ampliss. & Excellentiss.  
**MEISTERUS**, Med. D. ejusdemq; & N-  
 tissimus, Avunculus Beatæ honoratis  
 præsens solliciteq; ea adordinans, qvæ p-  
 bellarent, & morbum imminutura, si  
 medicamina suppeditaverit, nec qvicq;  
 tissima ceteroqvi alexipharmacæ effec-  
 eluctabilis affectus, qvo ceu-  
 qveo vitales attonitæ semina spiritus p-  
 tragicum fatum, pleniùs ex ipsis Excell-  
 cognoscere dabitur. Sic igitur ille: Mo-  
 Beata SOPHIA Schröders / Rev. Da-  
 desideratissima accubuit, Atq; iasuit, qv-  
 dus est, pulsus nimirum subito & consertit.  
 Et refrigeratione extremorum, mortis sub-  
 dicium. Evidem primo manè seqventi  
 communitotius exhilaratae domus jubi-  
 in hæc affectuose erumpens verba, qvæ  
 bī clavo qvafī trabali sufflaminaverat:



spiramenta  
 entis inva-  
 hanæ trien-  
 s die vige-  
 t, à nuptiis  
 lentiorqe  
 uitum itura  
 festim adeo  
 ensqve to-  
 experien-  
 atqve Ex-  
 d. D. & P. P.  
 gentissimis  
 prohibere-  
 NES BAC-  
 P. celebra-  
 tamen bis  
 nalum de-  
 depulsura,  
 penetrantiam in-  
 lucto la-  
 strinxitq;  
 GII verbis  
 otoma, quo  
 ZII, conjux  
 scopes gra-  
 m stertore  
 ssimum in-  
 obr. cum  
 nonnihil,  
 ritas mor-  
 rsfahren/  
 das